

Enea Silvio Piccolomini an NvK. Er berichtet von der Reichsversammlung in Frankfurt. Er freue sich, dass die pessimistischen Voraussagen des NvK zum Frankfurter Tag sich nicht erfüllt haben. Auf der Versammlung sei beschlossen worden, ein Heer zur Unterstützung der Ungarn gegen die Türken aufzustellen. Er erinnert an die gemeinsamen Bemühungen auf dem Frankfurter Tag von 1446 zur Beendigung des Basler Schismas. Er sorge sich um die notwendige Flotten-Unterstützung aus Italien und erhoffe sich von NvK ein energisches Eintreten an der Kurie für den Türkenkrieg. Er hoffe auch, dass NvK zur Reichsversammlung nach Wiener Neustadt komme. Die Lage in Preußen scheine sich zugunsten des Deutschen Ordens zu neigen. Markgraf Albrecht Achilles werde in Breslau mit dem polnischen König verhandeln. Eine Beteiligung des NvK in der Sache sei nicht notwendig.¹⁾

Kopie (gleichzeitig): ROM, BAV, Chis. lat. J VII 251 f. 9^r-10^v (= Ch); ebd. Ottob. lat. 347 f. 17^v-19^r (= O); ebd. Urb. lat. 401 f. 22^r-23^v (= U); ebd. Vat. lat. 1787 f. 7^r-9^r (= V); FLORENZ, Biblioteca Medicea Laurenziana, Plut. 54.19 f. 8^v-9^r (= F).

Drucke: G. Cugnoni, Aeneae Silvii Piccolomini Senensis qui postea fuit Pius II Pont. Max. Opera inedita, Rom 1883, 108f. Nr. XLV (nach Ch); RTA XLIX 2, 406-410 Nr. 6 (nach O).

Erw.: Voigt, Enea Silvio I 310, 340; Maschke, NvK und der Deutsche Orden 57; Meuthen, Die universalpolitischen Ideen 207; Baum, Enea Silvio Piccolomini, Cusanus und Tirol 187; Nr. 717 Anm. 3; Meuthen, Ein neues frühes Quellenzeugnis 111; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 271; Scotto, Sulla soglia della „Cribratio“ 262; Nowak, Ein Kardinal 186; Helmuth, RTA XLIX 2, 799, 875 Anm. 2, 877 Anm. 9, 878 Anm. 11.

Unser Text nach O. Orthographische Varianten wurden nicht in den Apparat übernommen.

Aeneas episcopus Senensis Nicolao cardinali sancti Petri ad vincula s(alutem) p(lurimam) d(icit).

Fuerunt scripta tua²⁾ mihi admodum grata, que de preteritis rebus multa commemorant et de futuris non pauca vaticinantur. Tuus animus ad optima semper intentus, quia pessimas esse mortalium mentes intelligit, non facile sibi bona pollicetur.³⁾ Sed gaudeo aliter evenisse hac vice de conventu nostro presenti, quam tua cogitatio fuit. Putavisti nihil in hoc loco potuisse concludi. Nec miror: nam et nos ipsi 5 eiusdem sententiae diu fuimus, qui caesaris mandato hic sumus. Erant enim res admodum desperate. Tepidi hominum in bonum animi, ferventes in malum.⁴⁾ In dies ex hoc loco epistulae mittebantur dissuadentes, ne qui huc accederent. At, volente deo et adnente marchione Alberto⁵⁾, conclusio digna laude recepta est, et, quemadmodum arbitror, honorem suum incluta natio Germanica conservabit. Conclusiones, que in medio placuerunt, cum presentibus dignationi tue transmitto.⁶⁾ Nunc exercitus 10 inscribitur.⁷⁾ Et quamvis promissa sint Hungaris auxilia decem milium equitum et peditum triginta milium, longe tamen maiores copiae et conscribuntur et congregantur. Ad hec ventum est cum maximo labore et industria non minori. Instabant multe in contrarium versutie, multe insidiae detecte sunt et malignantium fracta tendicula.⁸⁾

Novit dignatio tua: annus ab hinc nonus decurrit in rebus ecclesie, cum scisma vigeret.⁹⁾ Quantum 15 hoc in loco simul insudavimus, ut ad votum nostrum negocia deduceremus, et quemadmodum tandem vicimus.¹⁰⁾ Non dissimile nunc bellum depugnatum est. Revertimur divino munere victores domum. Mira res, unum facti omnes sumus.¹¹⁾ Sentio calefacta esse pectora; victi et vincentes alacri animo sunt¹²⁾, et uno proposito negocium tuende fidei prosequuntur. Spero res ex sententia successuras, si pietas domini nostri sanctissimi ea compleverit, quae sue cure committuntur. Iam non erit, quod nostri 20 Itali, suo arbitratu nimium sapientes, Germanico imputent nomini. Utinam, quod ad se pertinet, non minus Italia quam Germania peragat. Sed timeo in hac parte, ne tuum vaticinium confirmetur. Timeo, ne res publica Venetorum Christiane rei publice deficiat; qua cessante non est, quod ex Italia multum speremus.¹³⁾ Terret me quoque illud odium, quod inter serenissimum Aragonie regem et Genuenses vigere fertur.¹⁴⁾ 25

2 et: *fehlt F.* 4 gaudeo: *gaudemus Ch.* 5 potuisse: *posse F.* 7 In dies: *dietim Ch.* 8 adnente: *annitente F V.* 9 conservabit: *reservabit V.* 18 et: *ac F.*

Utcunque sit, conandum atque insudandum est. Hic prudentiam suam summus pontifex adhibeat; hic sacer ille senatus invigilet; hic nervos omnes intendant. Digna est enim res, que cunctos habeat occupatos. Utinam esset nunc apud Romanum pontificem dignitas tua! Scio neque dormiret neque dormire alios sineret, donec classis Italica in Egeum mare transisset. At quia longe abes, effice litteris, quod verbis
30 esset agendum. Scribe apostolico culmini, adhortatos redde cardinales, commonefac amicos, incende omnes, quos aliquid apud primam sedem posse cognoscis! Est enim maxime necessarium ex Italia classem mitti¹⁵⁾, quae Turchos et in Grecia et in Asia lacessat, dum terrestres copie sive in Thracia sive in Macedonia cum hostibus pugnant. Quod nisi fiat, parum est, quod noster exercitus promittere possit.

Ecce, nunc pacata Italia est, quiescit ‚armipotens‘ terra.¹⁶⁾ Quid nunc excusationis afferet, si rogata
35 nolit auxilium ferre fidei? Pudebit me semper Italum esse, nisi hac vice ostendat Italia curam sibi esse Christiane religionis. Hac de causa maxime optavi Papiensem episcopum¹⁷⁾ reverti Romam, ut dormientes aliquorum mentes excitaret. Sed illi potior sententia visa est in Germania usque ad dictam diem¹⁸⁾ remorari ac epistolis agere, quod erat verbo facturus. Que res facit, ut magis ac magis dignacioni tue supplex sim teque rogem apud Romanam curiam de hoc negotio sollicitudinem maiorem adhibere.
40 Neque enim me fallit multum esse, quod tue auctoritati prebetur.

Neque plura de hoc. Circa res Bohemicas non est, quod nunc scribere possim. Spero videre in Novacivitate dignationem tuam¹⁹⁾, tumque singula communicabo. Pruteni, quantum sentio, victoria nova²⁰⁾ elati sunt, iamque se putant provinciam vendicasse, et, quantum intelligo, res eorum secundiore sunt. Marchio Albertus in dieta Vratislaviensi huius congregacionis vice cum rege Polonie de concordia
45 tractaturus est.²¹⁾ Mihi non videtur ex usu dignationem tuam non vocatam illuc ire aut plus velle in re illa, quam ipsi cupiunt, quorum de statu agitur. Si qua est meo consilio vis, satis est significasse voluntatem tuam et apostolice sedis ordinationem²²⁾: fortasse adhuc magis precibus implorabunt, quod nunc offertur ultro. ‚Sepe decipiuntur, qui rebus secundis nimium credunt‘. De rebus Francie et Anglie nihil iam fieri potest. Congregatione dissoluta, puto dominum Treverensem ad imperatoriam maiestatem
50 iturum.²³⁾ Commendo me dignacioni tue, cuius me esse mancipium ut credas velim.

Ex Frankfordia die ultima octobris 1454.²⁴⁾

28 dignitas tua: tua dignatio *Ch.* 42 tumque: cum qua *Ch.* 46 meo: nostro *Ch.* 47 sedis: *folgt gestr.* significacionem *Ch.* | magis: magnis *Ch F V.* 51 ultima: secundo kalendas *Ch.*

1) *Es handelt sich um einen der großen Berichte, die Enea Silvio von der Frankfurter Reichsversammlung verschickte.*

2) *Der Brief scheint nicht erhalten.*

3) *Zur pessimistischen Haltung des NvK zum Türkenkrieg vgl. oben Nr. 3673 Z. 8 (1453 Oktober 9). In diesem Sinn ist auch sein Dialog ‚De pace fidei‘ vom August/September 1453 zu lesen. Die Haltung teilte NvK mit Johannes von Segovia; s. dazu Nr. 4162, 4192.*

4) *Vgl. Offb. 3,16.*

5) *Albrecht Achilles, Mgf. von Brandenburg-Ansbach.*

6) *Zum Abschied des Frankfurter Tages siehe RTA XIX 2, 600-605 Nr. 18. Vermutlich übersandte Enea bei dieser Gelegenheit auch den Text seiner Clades-Rede an NvK, der sie an Johannes von Segovia weitergab. Die aus dem Nachlass Segovias stammende Hs. SALAMANCA, UB, Cod. 19 enthält sowohl die Frankfurter Reden des Enea Silvio (f. 158^r-165^v) als auch des Legaten Giovanni Castiglione (f. 154^r-157^v) sowie den Regensburger (nicht den Frankfurter) Abschied (f. 166^r-167^v; s. RTA XIX 1, Nr. 38 I). Es wäre möglich, dass Segovia die drei Texte in der gleichen Sendung erhielt, dann allerdings eher durch NvK als durch Enea Silvio, der wohl die Rede des von ihm gering geschätzten Legaten Castiglione kaum selbst verschickt hätte. Vgl. Helmuth, Reichstagsreden 183-187; RTA XIX 2, 408 Anm. 5, 468, 801 Anm. 4.*

7) *Vgl. die umfangreichen Anschlaglisten RTA XIX 2, 620-688 Nr. 20.*

8) *Vgl. Spr. 1,11.*

9) *Das vom Basler Konzil 1438-1449 herbeigeführte Schisma.*

10) *Zum hier angesprochenen Auftreten des NvK und des Enea Silvio auf der Frankfurter Reichsversammlung vom September/Oktober 1446; s.o. Nr. 704-724; J.W. Stieber, Pope Eugenius IV, the Council of Basel, and the Secular and Ecclesiastical Authorities in the Empire. The Conflict over Supreme Authority and Power in the Church (Studies in the history of Christian thought 13), Leiden 1978, 285-296; ders., The „Hercules of the Eugenians“ at the crossroads: Nicholas of Cusa's decision for the Pope and against the council in 1436/1437 – theological, political and social aspects, in: G. Christianson/T.M. Izbički (Hg.), Nicholas of Cusa. In search of God and wisdom. Essays in honor of Morimichi*

Watanabe by the American Cusanus Society (Studies in the history of Christian thought 45), Leiden 1991, 221-255, hier 243f.; T. Daniels, Diplomatie, politische Rede und juristische Praxis im 15. Jahrhundert. Der gelehrte Rat Johannes Hofmann von Lieser (Schriften zur politischen Kommunikation 11), Göttingen 2013, 186f.; T. Woelki, NvK und das Basler Konzil, in: Cusanus-Jahrbuch 5 (2013) 3-33, hier 31.

¹¹⁾ Vgl. Job. 17,21.

¹²⁾ Vgl. Cic., *Pro Sestio* 1.

¹³⁾ Zur Rolle Venedigs vgl. Nr. 3952 *Anm. 2*; Nr. 3974; Helmrbath, *RTA XIX* 2, 327f., 603f., 608f., 612 Nr. 18 I-III[10].

¹⁴⁾ Vgl. Ryder, *Alfonso the Magnanimous* 206-208.

¹⁵⁾ Zu den Plänen um den Aufbau einer Kreuzzugsflotte vgl. Nr. 3952 *Anm. 2*. Vgl. auch den Abschied des Frankfurter Tags; *RTA XIX* 2, 603f., 608f. Nr. 18 I-II[10].

¹⁶⁾ Wohl Anspielung an Vergil, *Aeneis IX* 717.

¹⁷⁾ Giovanni da Castiglione, B. von Pavia und päpstlicher Legat; vgl. Nowak, *Ein Kardinal 187-189. Dass Castiglione nicht wie nach dem Regensburger Tag nach Rom zurückkehrte (s.o. Nr. 4096 Z. 4), sondern monatelang nördlich der Alpen, vor allem in Passau, verharrte, erschien Enea Silvio unverantwortlich; vgl. auch Nr. 4194 Z. 45f.*

¹⁸⁾ Die nächste Reichsversammlung wurde im Abschied für den 2. Februar 1455 nach Wiener Neustadt einberufen; s. *RTA XIX* 2, 602 Nr. 18 [6].

¹⁹⁾ Auch an dieser Reichsversammlung nahm NvK nicht teil. Zum Tag von Wiener Neustadt s. die Edition von G. Annas, *RTA XIX* 3.

²⁰⁾ Der Sieg in der Schlacht bei Konitz am 18. September 1454 brachte dem Deutschen Orden vorübergehende Entlastung und wurde in der Publizistik als Wunder bejubelt. Jedoch ergaben sich neue Probleme, da man die siegreichen Söldner nicht bezahlen konnte und Ordensbesitz verpfänden musste. Vgl. Maschke, *NvK und der Deutsche Orden* 55; J. Knopek/B. Kuffel, *Bitwa pod Choinicami (18 LX 1454 r.) w tradycji historycznej i regionalnej, Chojnice 2004; Helmrbath, RTA XIX* 2, 695f. *Anm. 36-40 (Lit.)*.

²¹⁾ Zum Fürstentag von Breslau s. *RTA XIX* 2, 875-965 Nr. 32-36. Zur ursprünglich geplanten Teilnahme des NvK an diesem Tag s.o. Nr. 4096 Z. 14f.

²²⁾ S.o. Nr. 4094f. (1454 September 1).

²³⁾ Eb. Jakob reiste im April 1455 zum Kaiserhof nach Wiener Neustadt; vgl. Müller, *Jakob von Sierck* 250; *RTA XIX* 3, 324 Nr. 26 [2] (*Lit.*).

²⁴⁾ Enea gab diesen Brief einem Boten auf dem Weg zur Kurie mit (s.u. Nr. 4194 Z. 17f.), der ihn jedoch erst mit Verspätung zustellte, wie sich aus Nr. 4194 ergibt. Dass NvK den Brief überhaupt erhalten hatte, ergibt sich aus seiner Detailkenntnis zum Verlauf des Frankfurter Tags, die er im Brief an Johannes von Segovia (Nr. 4192 von 1454 Dezember 29) zeigte. Vgl. Helmrbath, *RTA XIX* 2, 800f. *Anm. 3*.